

# Flora oder Botanische Zeitung.

Nro. 23. Regensburg, am 21. Juni 1826.

## I. Aufsätze.

*Observationes botanicae; auctore Wenderoth (conferatur: Semina anno 1825 in horto academico Marburgensi collecta.)*

1) *Achillea Clavenae.* Duae occurunt sub hoc nomine, diversissimae quidem formae: altera tota albo-tomentosa, minor, vix spithamea, statura contractiore, corymbo dilatatiore, floribus majoribus foliisque latioribus oblongis apice dilatatis, inciso-lobatis; altera incana, foliis pinnatifido-lacinatis etc.— Haec Helvetiae, illa Tirolensium in primis alpium indigena, titulo *Achilleae tirolensis* nostro in horto colitur.

2) *Betonica affinis*, simillima B. officinali, differt foliis minoribus, rugosioribus, grosse-crenatis: spica breviori, elliptico-oblonga; calycis dentibus minoribus, angustioribus bracteis lanceolatis aequalibus. Corolla calyce quadruplo longior, tubo curvato, pubescens, amoene rubra, galea integra. S. n. B. orientalis accepi.

3) *Betonica macrostachys*. B. caule adscendentte simplicissimo rigido, foliis cordato-oblongis co-

Z

riaceis undulato - crenatis pubescentibus, spica interrupta elongata, calycis subventricosi striati dentibus subulatis spinescentibus, labio superiori integro, lobo intermedio labii inferioris crenato. S. d. 4.

4) *Crataegus coccinea* B. *cuneata*. Memorabilis haec varietas a genuina differt forma foliis basi cuneatis, spinis brevioribus, robustioribus fructuumque seniori maturitate. An propria species?

5) *Crataegus lancifolia*. C. spinosa, fol. subsessilibus oblongis cuneatis inaequaliter serratis coriaceis nitidis, pedunculis verrucosis, calycibus glabris, segmentis integerrimis, fructibus viridi - rubris albido - punctatis. — Variat foliis latioribus et angustioribus.

6) *Crataegus pyracanthifolia*. C. subspinosa, foliis elliptico - lanceolatis subcomplanatis in petiolum decurrentibus serratis membranaceis nitidissimis, pedunculis glabris, calycis segmentis serratis, fructibus baccatis.

7) *Crataegus splendens*. C. spinosa, foliis obovatis basi cuneatis acutis argute serratis lucidis, pedunculis pilosis, calycis segmentis subpinnatisido - serratis, fructibus rubris nigro - punctatis. — Tres haec Crataegi formae s. n. Cr. *Crucis galli* in hortis cultae veniunt.

8) *Digitalis ambigua* B. *grandiflora* sub nomine *D. ochroleucae* occurrit, nil aliud vero est, quam ex Digitali ambigua cultura exorta forma polymorpha. Variat magnitudine, foliorum forma et colore florum: corolla ochroleuca, rubescente - albida, flava, duplo amplior corolla Digitalis ambiguæ.

9) *Digitalis lutea* aeque ac prior inter formas polymorphas ambigit in hortis. Cultura omnes eae sunt ortae, quae nomine *Digitalis mediae*, *acutae*, *obtusae* etc. ab auctoribus describuntur. Evidem tres distinguo praecipuas modificationes genuinae speciei, nempe

*D. lutea*  $\alpha.$  *major* labii infer. lacinia intermedia rotundato - obtusa. *D. obtusa* Moench.

*D. lutea*  $\beta.$  *minor* lab. inf. lac. intermedia oblonga, superioris bifida, omnibus acutis. *D. acuta* Moench.

*D. lutea*  $\gamma.$  *media* labio superiori bidentato [laci]niisque reliquis acutiusculis barbatis.

10) *Epilobium angustissimum*. Jamiam per octo annos Epilobii speciem colimus in horto, quod diversissimum ab *Epilobio angustissimo* Auctorum seu *E. rorismarinifolio* Haenke — ab omnibus hucusque pro synonymis habita — quodque sub nomine *E. glosarodes* accepimus, *angustissimi* vero *novi* (illud cum cl. Haenke *E. rorismarinifolium* salutans) commilitonibus amicisque quotannis, anno praeterito autem primum semen *Epilobii denticulati* (horti nostri, nec floriae peruvianaee) titulo communicavi. Idem est, quod eodem anno cel. Lehmann in seminum horti botanici hamburgensis indice sub *E. crassifolii* nomine devulgavit. Qua ratione vero *E. nostrum angustissimum* a cel. Reichenbach pro *E. angustissimo* Ait. declaretur, nescio. — Caeterum adhuc aliam hujus formae modificationem, Helvetiae indigenam, exstare, a cl. Thomasio *E. rorismarinifolii* var., *prostratae* nomine indicatam,

constat, de qua adhucdum incertus sum, utrum varietas sit, l. *E. angustissimi* nostri, l. *E. rorismarifoliae* Haenke, an potius propria, ab utroque diversa species.

11) *Epilobium spicatum* β *leucanthemum*. Quovis anno ex seminibus immutatam nasci hanc formam video, nullibi autem inter *E. spicatum* flore rubro, nostris in regionibus vulgatissimum, sponte crescens invenitur: anne itaque propria species?

12) *Erigeron strictissimum*. E. villosiusculum, caule simplici strictissimo, foliis radicalibus oblongis apice grosse dentatis, caulinis linearis-lanceolatis integerrimis ciliatis, calycis foliolis linearibus disco brevioribus. — Semen falso nomine accepimus. Colitur in tepidario. 24.

13) *Gnaphalium lanuginosum*. G. suffruticosum, foliis subdecurrente-amplexicaulibus rotundatis, obovatis, oblongis lanceolatisque integerrimis obtusiusculis utrinque lanuginosis, corymbo coarctato pedunculato, squamis calycinis ovatis acutis, summis radii instar elegantur patentibus. Semen sine nomine specifico accepi. 24. in tepidario.

14) *Heliopsis mollis*. H. caule inferne laevi ramoso, ramis divaricatis, foliis cordato-ovatis acutis serratis molliter pubescentibus, radio multilloro discum elevatum aequante.

15) *Heliopsis patula*. H. caule laevi, superne ramoso, ramis patulis, foliis cordato-ovatis acutis remote serratis scabris, cor. radii elliptico-oblongis tridentatis, discum duplo superantibus.

16) *Heliopsis stricta*. H. caule laevi superne

ramoso, ramis strictis, folijs cordato - oblongis acuminatis serratis scabrinsculis, cor. radii linearis-lanceolatis bidentatis discum triplo superantibus.

17) *Lonicera angustata* differt a *Lonicera tatarica*, quacum commutatur, foliis omnibus elliptico - lanceolatis acutis basi cuneatis (nec cordatis), bracteis linearibus, habitu graciliori et florescendi tempore seniori.

18) *Lycium inerme*, commutatum esse videtur *Lycio europaeo* et *barbaro*, differt vero ab utroque caule ramisque inermibus; a *L. barbaro* in primis foliis obovatis et oblongis; a *L. europaeo* praecipue ramis pendulis angulatis (nec erectis), nec teretibus, staminibus corolla longioribus; a *L. barbato Murr.* denique stipulis glabris, nec barbatis.

19) *Melilotus gigantea*. M. caule erecto orgyali ab imo ramosissimo, ramis patulo - erectis, foliolis elliptico - oblongis et lanceolatis serratis, stipulis subulatis, dentibus calycinis erectis tubo brevioribus, vexillo flavo carinae alisque aequali, leguminibus rugosis acutis dispermis. ♂.

20) *Nicandra physaloides* ♂. *immaculata*. Varietas minor, gracilior, pallidior omnibus in partibus, corolla immaculata, cultura constans, memoratu certe haud indigna.

21) *Rhododendron intermedium*. Ambigit inter *R. maximum* et *ponticum*, floribus ilius, foliis hujus gaudens, forsitan cultura orta, sed et cultura constans.

22) *Rosa ochroleuca*. Rosae spinosissimae affinis, differt habitu graciliori, strictiori, corolla ochroleuca suaveolente etc.

23) *Teucrium Pseudochamaedrys.* Hoc nomine Teucrii multiflori accepimus, quocum commutandum non est. Teucro Chamaedryi proximum, differt foliis concaviusculis serratis, caulisque pubescente-canescensibus, calycibus setaceis et corollis pallide rubris.

24) *Thalictrum altissimum.* T. caule erecto striato purpurascente lucido orgyali, panicula erecta longe pedunculata conferta speciosa, foliis cuneiformibus obovatis, oblongis et lanceolatis acutiusculis, terminalibus petiolulatis subcordatis inciso tridentatis supra lucidis, subtus reticulatis. T. rugoso, ad quod proxime accedit, elatius etc.

## II. Recensionen.

*Nova genera' et species plantarum, quas in itinere per Brasiliam annis 1817 — 1820 iussu et auspiciis Max. Joseph. I. Bavariae regis suscepto, collegit et descripsit Dr. C. F. P. de Martius, pingendas curavit et secundum schedulas auctoris digessit Dr. J. G. Zuccarini. Fasc. IV. Tab. 56 — 100. 20 B. Text roj. folio.*

(Vergl. Fl. 1824. S. 562. et Beil. I. 131.)

Dies treffliche Werk liefert fortwährend untrügliche Beweise sowohl von dem Reichthume der Brasilianischen Pflanzenwelt, als von dem unermüdeten Bestreben des Verf., diese mit so vielem Fleisse zusammengetragenen schätzbarren Beiträge zur Botanik, der gelehrten Welt vorzulegen, und kann daselbe sowohl in Rücksicht der Genauigkeit in den Beschreibungen, als Zergliederung und Darstellung

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1826

Band/Volume: [9](#)

Autor(en)/Author(s): Wenderoth Georg Wilhelm Franz

Artikel/Article: [Aufsätze 353-358](#)